Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

a) Abschrift der Urkunde über die Verleihung einer Pfründe an Heinrich Otter in Kiltoom/Irland, b) Gedicht über die Errichtung des Domes von Florenz, 8 Verse. "Annis millenis centum bis octo nogenis ...

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Collatio simplicis beneficii

Bernardus dei et apostolice sedis gratia episcopus Aladen. dilecto
in Christo nobis magistro Henrico Otter clerico Constantien. dyoc.
salutem gratiam et benedictionem. Parochialem ecclesiam de Al-
tona nostre dyoc. vacantem per mortem Nicolai plebani
ultimi ipsius rectoris extra romanam curiam defuncti ultimi possessoris
et ad nostram collationem spectantem tibi auctoritate nostra ordinaria pre-
sentium tenore conferimus et assignamus teque per anulum nostrum
presentialiter et digiti tui impositionem de eadem investimus cum omnibus
eius iuribus et pertinentiis universis. Decernentes te vel
tuum legitimum procuratorem realiter in possessionem dicti bene-
ficii inducendum fore tibique stallum in choro et locum in
capitulo dicte nostre ecclesie Aladen. ratione huiusmodi be-
neficii realiter assignando. In quorum omnium et singulorum
fidem et testimonium premissorum sigillum nostrum quo ad
maiora utimur presentibus fecimus appensione communiri. Datum
etc. Ut idem episcopus voluit hec (?) sunt dictata.

Annis millenis centum bis octo novenis
Venit legatus Rome bonitate dotatus
Qui lapidem fixit fundo simul et cruce vexit
Presule Francisco gestanti pontificatum
Istud ab Arnulfo templum fuit edificatum
Hoc opus insigne decorans Florentia digne
Regine celi construxit mente fideli
Quam tu virgo pia semper defende Maria.

Istam domum gentes benedic deus ingredientes
Sit pax intranti sit salus inde manenti.

Tu homo mireris morior ne tu moriaris
Mortem morte domo ne moriatur homo
Fili parce reis reis volo fiat eis

Iudeus dicat (?) … quod … sanguinem

Ego Anthonius de Venetiis legum doctor miles et
comes ac sacri palatii creator Notifico omnibus hanc scripturam
legentibus quod … N. de N. fuit in pluribus mensibus bo-
nus et fidelis et licenciatus … satisfacto sibi
de palacio etc. et ad fidem premissorum hanc literam scribi feci
et meo solito signo roboravi. Datum N. sub anno etc.
mensis Januarii die decimo etc. Testimonium servitori datum

5